



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

1 De Contractibus innominatis, & de specie illorum, do vt des.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

cio non sentiat, in l. si quis ex signatoribus, quemadmodum testamentum aperit. P. Potest & ante executionem mandati, eo tamen suscepto, mandatarius agere cum eo, qui mandauit facere quippiam, ut sibi pecuniam det ad faciendum, maxime si iam quaedam ad faciendum parauit. l. si vero, 12 §. fin. & l. idem est 13. manda. P.

32 ¶ Petit ¶ & constituit salarium, vel constitutum exsoluit procurator, adhibito officio iudicis interdum, non ex mandato, l. salarium 7. & l. qui mutuum 56 §. fin. manda. P. l. 1. C. eod. tit. Et petitur promissum, dummodo non sit constitutum pacto aduerfante bonis moribus, ut sit de litis quota vel parte lucranda per procuratorem, quod improbum, l. salarium 7. de procurat. C. l. si contrah. 20. mand. C. l. item de proco.

33 ¶ Vtilis ¶ actio directa domino datur ex negotio gesto per procuratorem, aduersus eum qui cum procuratore contraxit, l. in causa cognitione 37. & l. si procurator meus 38 de procurator. P. l. quod procurat. eod. tit. Quia & is in dominum, qui pro procuratore fidei iussit, agit, l. idemque, §. item Papius, manda. P. Vtilis, contraria etiam experitur heredes mandatarii, qui directa agere non potest in mandatorem, l. si quis alium, 27 §. morte, manda. P. ita intellige, l. si precedente 58 eod. P. sicut nec directa mandatorem in heredem mandatarii, l. mandatum 57 eo tit. P. Est enim haec actio personalis, & in ea de fide certi tantum hominis agitur: & post mortem tamen durat obligatio. Ita M. Drusus praetor Vrbanus iudicium reddidit. Et quamquam subtilitas iuris hoc non admittat,

propter quam Sextus Iulius praetor ei, qui cum herede agere vellet mandati iudicium non reddidit, tamen id causa vtilitatis admittit, ut refert auctor Rhetoricæ ad Herennium, lib. 2.

¶ Fines ¶ propter quos mandatum fiat, sunt sex. Nam interdum mandatum fita nobis: vel nostra tantum causa, vel aliena tantum: vel nostra & aliena simul: vel nostra & mandatarii: vel mandatarii & alterius cuiusdam: vel sola mandatarii, quod vltimum non parit obligationem, sed proprie instat consilium, l. 2. manda. P. §. 1. eod. tit. apud Iustinianum, cuius nulla est obligatio, si fraudulentum non sit, l. concilium 47. de reg. iur. ca. nullus, eod. tit. in Sex. cum liceat cuique apud se explorare, num concilium illi conueniat. Verum tamen si quis aliquid non fuisset aliter facturus, nisi mandatum illi fuisset, nec illi denegandam actionem mandati contrariam, placuit, leg. si remunerandi 6 §. si tibi, manda. P.

¶ Ratio ¶ istius contractus eadem quae procuratorum est, quorum vltus per quam necessarius est, ut qui rebus suis ipsi suoperesse vel nolunt, vel non possunt, saltem per alios possint vel agere, vel conueniri. Vlpianus, in leg. 1. §. versus, de procur. P. Ita, ut ait Cicero pro Sex. Rosce, in mandatis operæ nostræ vicaria fides amicum supponitur. N. m. & officium amici est mandatum suscipere gratis, l. 1. manda. P. Quare & voluntatis consummare: suscipisset enim forsitan alius. si non susceperat, l. in commodato, §. si cum mod. P. 17.

## DE CONTRACTIBVS ANOMALIS LIBER XXVIII.

### De Contractibus innominatis, & de specie illorum, do vt des.

#### Cap. 1.

- 1 Contractus innominatus quare dictus sit.
- 2 Contractuum innominatorum quatuor species.
- 3 Permutatio an sit contractus innominatus.
- 4 Permutatio tripliciter fit.
- 5.4. Prescriptis verbis actio.

**H**actenus ¶ de nominatis contractibus, egimus, nunc vt de innominatis pauca agamus operæ precium est. Porro innominati dicti, non quidem quod nomine aliquo omnino careant, sed quod vnus nominis negotiorum tantum non habeant, & ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur, nulla data vel prodita vulgari, vel singulari iure pro negotio, actione. Quo fit, vt cessantibus iudicis proditis, & vulgaribus actionibus, cum propriam nomen inuenire nō possumus, facile descendamus ad eas, quas in factum appellamus, l. 1. de prescript. verbis, lib. 19. P. tit. 5. & prescriptis verbis, leg. 2. & l. si tibi area, 14 §. si, eod. tit. ¶ Generale ¶ nomen tractationis horum contractuum, ob rem dati dicitur, quod diuiditur in quatuor species: aut enim do tibi, vt des: aut facio, vt des: aut do, vt facias: aut facio, vt facias, l. naturalis 5 §. eo. P. Simples hic duæ species, do vt des: facio vt facias: ex quibus alia mixtione nascuntur. Pertinere autem ista formulæ contingendi possunt ad alias nominatas conuentiones: verum tamen tunc illa proprium nomen accipiunt, omisso communi. L. iuris gent. de pact. in P. quare generale non consideratur, nec genus, sed species Hoc planum fit exemplis: si do pecuniam vt rem accipiam, est contractus, do vt des, leg. fin. de condit. ob. cau. da. P. tamen transit in nomen emtionis, leg. naturalis 5 §. et si quidem de prescript. verb. videlicet si in quantitate, & ratione æstimationis & pretii rei detur ea pecunia, non aliter, leg. 1. de contra. emt. P. Rursum qui rem dat, vt rem accipiat, permutare videtur, & re ipsa contrahere, leg. 1. de rerum permuta.

3 ¶ Et ¶ ita permutationem quidam connumerant inter contractus innominatos, leg. gloss. in epigram. tit. de rerum permut. C. eoque officia hominum, & actiones, & res mutuo commutantur. Et iterum Paulus permutationem restringit ad speciem contractus, do vt des specialius: ibi, & si quidem pecuniam dem vt rem accipiam, quia nō placet permutatorem rerū emtionem esse, & c.

non dubium est nasci civilem obligationem, dict. leg. naturalis, §. est quidem. Quamobrem rubricæ de rerum permutatione, in Codice Iustiniano, statim annectitur, & de prescriptis verbis, ubi, 4. C. Iustinian. tit. 6. quod ea actio detur pro permutatione. Et in Pandectis eadem ratione subiicitur titulus de prescriptis verbis, titulo de rerum permutatione. Veluti actione generali existente prescriptis verbis, quæ & datu pro permutatione aliquando, l. rebus certa lege traditis 16. de rerum permutat.

¶ Triplex ¶ namque fit: i potest permutatio. Primum nuda & sola promissione, quo casu non oritur actio, leg. ex placito, 3. C. de rerum permuta. l. 1 §. permuta. autem, eod. tit. in P. Secundo interueniente stipulatione, ex qua datur actio ex stipulatu, dict. l. ex placito. Tertio intercedente ex vtraque parte rerum traditione dict. leg. 1. §. permutat. autem, in qua si ex altera parte res altera tradita permutationis nomine fit, agitur condicione tantum ab eo, qui rem suam tradidit vt repetat, quasi re non secuta, non ad id quod interest, dict. leg. prima §. fin. de rerum permut. P. L. quoniam assensueras 5. L. emtio. 7. C. prescriptis tamen verbis actione id quod interest peretur, l. naturalis §. est si quidem, de prescript. verb. P. l. cum precib. 4. §. fin. & l. fin. C. de rerum permuta. vt in reliquis contractibus innominatis, do vt des obseruandum est.

#### De Transactione. Cap. 2.

Lib. 2. P. tit. 15. Lib. 3. C. tit. 4. Lib. 1. Decret. tit. 36.

- 1 Transactio quid.
- 2 Nova Contractus innominatus.
- 3 Quod seruari debeat vt res iudicata.
- 4 Transactio generalis, & specialis.
- 5 Transactio generalis, vniuersalis, indefinita, ad qua extenditur.
- 6 Transactio specialis qua, & quomodo transactio concipienda sit.
- 7 Transactio de quibus fieri possit rebus. L. i. cubia semper, eod.
- 8 Transactio de iudicio non fit.
- 9 Transactio de crimine quomodo valeat.
- 10 Adulteri de crimine transigi nequit, quare.
- 10.11. Transactio de rapto, vt nec de transactione, valet.
- 12 Transigere non licet de criminibus qua non habent penam sanguinis, excepto crimine falsi.
- 13 Transigere de vilo crimine non licet, iure pontificio, & contra iura.
- 15 Transactio de criminibus qua infamiam habent, transigat.

De iure